

- Eia, cantemus, Anselmo corda paremus,
Vota sibi demus, non est iam quod dubitemus!
Anselmus veniet, non longa dehinc^a mora fiet.
65 O Anselme veni, merentum pectora leni^b!
Oh veniat, veniat pater! — 'Amen' dicite 'fiat'!
O mea dulcedo, mea spes, sic omnia credo
Quę mihi^c dixisti, quasi sint e pectore Christi
Edita, securus, quoniam cito sis rediturus.
70 Atque tibi servo Malchum, veluti mihi servo^d
Iusseris^e; et certe, cum veneris, estimo, per te
Ut sibi laus detur. Tua vero perpetuetur
Gloria solennis^f, et vivat fama perennis^g!

[VIII.] Arnulfo^{h,i} priori ecclesięⁱ Christi^a
Raginaldus^k.

- Non est longa via, quam debes ire, Thalia;
Parvam tolle moram! potes ire, redire per horam
Unam, quo^l celeris apices hos ferre iuberis.
Quid facis? i, migra! pigrior testudine pigra,
5 Quid stas? curre^m! vola! Formidas pergere sola?
Cur hoc? egredere! Comes ibo; quid reverere?
Ne trepides, inquam! Sumus unum, teque relinquam?
Scripta tui sine te non ibunt ulla poetęⁿ.
Summum doctorem, sumptum meritis ad honorem
10 Archiprioratus³ primatis pontificatus,
Arnulfum propere, quocumque sit, inspicere, quere!
Inventoque vices per mille vale sibi dices^o,
Prona salutabis Arnulfum, mox remeabis!
Sed prius excusa sibi^p me, fidissima^q Musa,
15 Quod fuerim mutus tenushac, nil grande locutus
De patre tam festo, tam dulci tamque modesto,
Nec sibi quid misi, nec eum per scripta revisi!
Penitet erroris; sed nunc sibi carmen amoris
Scribam: tu gratum facies hoc vaticinatum!
20 Meque, suum vatem, sentire suam bonitatem
Hac in re faciat dominus meus, ut mihi fiat,
In^r grege servorum numerer vel sorte suorum!

a) 'm. d.', geändert 'd. m.' L. b) 'leui' L. c) 'mi' C. d) 'tuo'
übergeschr. L. e) Geändert aus 'Luss.' L. f) 'sollemnīs' T. g) 'per-
hennis' T. h) 'Arnulpho' C. i) 'ecclesie' C. k) 'R.' T. l) 'tu'
übergeschr. L. m) Verb. aus 'currae' C. n) 'poete' C. o) Verb.
aus 'dicens' C. p) 'me s.', geändert 's. m.' L. q) Verb. aus 'fudis-
sima' C. r) 'Liggrege' L.

1) Unter Lanfranc Mönch, 1096 Prior von Christ Church, wird 1107
Abt von Peterborough; Ann. Agsax. 2) Die Kathedrale von Canter-
bury heisst Christ Church. 3) Der Priorwürde am Dom des Primaten
[von Britannien].